



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

XII. Der Pfarrer Conrad zu Frankfurt bekundet die von Thomas Hokemann vorgenommene Stiftung von zwei Altären in der Pfarrkirche und im Siechenhause daselbst, unter Bestätigung des Bischofs Friedrich ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55756)

nitum. Actum et datum in Tanghermundis, Anno domini Millesimo Trecentesimo vndecimo, In Craſtino Aſcenſionis Domini noſtri.

Nach dem Originale des Stadtarchives, Leipzig No. 1.

XII. Der Pfarrer Conrad zu Frankfurt bekundet die von Thomas Hofemann vorgenommene Stiftung von zwei Altären in der Pfarrkirche und im Siechenhauſe daſelbſt, unter Beſtätigung des Biſchofs Friedrich von Lebuſ, am 1. Mai 1312.

Conradus, plebanus in vrankenworde, omnibus Chriſti fidelibus preſentem paginam inſpecturis Salutem in perpetuum. Cum ex fragilitate condicionis humane hominum memoria ſit labilis, vita brevis, expedit ut rite acta litterarum ſerie et teſtimonio fidelium perhennentur. Hinc eſt quod notum eſſe volumus univerſis, Quod Thomas dictus hokeman, Civis in vrankenworde, de conſenſu et libera voluntate noſtra Ad laudem dei omnipotentis ejuſque matris marie virginis perpetue Ad ſalutem quoque anime ſue et progenitorum ſuorum omnium, Duo conſtruit altaria, unum in parrochiali Eccleſia in honore beati thome apoſtoli, Aliud extra civitatem in domo leproſorum in honore marie magdelene, de bonis a deo collatis ſibi in hunc modum inferius annotatum, altari in Eccleſia parrochiali conſtructo Septem Assignavit talenta, Altari vero Quod conſtructum eſt apud infirmos Sex assignavit Talenta, Liberaliter et perpetuo poſſidenda. Si vero ex ſuis amicis aliquis vel alter quiſque fidelis voluerit redditus predictorum altarium proceſſu temporis augmentare, hoc de noſtra erit et eſſe debet bona ac libera voluntate. Preterea idem Thomas Temporibus vite ſue hiſdem altaribus providebit in perſonis ydoneis et honeſtis in ſacerdocio conſtitutis. Poſt mortem vero ipſius Thome Omnes ſui heredes, qui pro tempore fuerint, conferent eadem altaria, Cum vacare contigerit, perſonis ydoneis et decenter ſecundum honeſtatem Clericorum ſe habentibus ac etiam in ſacerdocio conſtitutis; Qui miſſas in dictis altaribus celebrare teneantur, ſine omni prejudicio parrochialis Eccleſie, Et eo tempore quando minus plebano fuerit contrarium vel nocivum. Omnes etiam oblationes de dictis altaribus provenientes ſeu de miſſis votivis Teneantur plebano integraliter preſentare. Et ſi quod abſit aliquis ex predictis ſacerdotibus indecenter ſe haberet, Ipſe Thomas vel ſui heredes poſt trinam monicionem teneantur hoc denunciare venerabili patri ac domino Epilcopo Lubuenſis Eccleſie, ut eo ſecundum formam juris ammoto, Aliam poſſint perſonam loco ipſius ydoneam preſentare. In teſtamentis plebano vel ſuis vicariis assignatis nichil predicti ſacerdotes habeant porcionis, niſi eis aliquid fuerit intuitu perſonarum ſuarum ſpecialiter assignatum. Et ſi ex ſtructura predictorum altarium plebanus aliquod reciperet dampnum, dictus Thomas in recompencacionem dicti dampni et ſui heredes unam marcã argenti plebano, Qui pro tempore fuerit, assignaverunt ac dederunt de ſua bona voluntate pure propter deum, In feſto beati Martini vel in feſto ſancti Michaelis viginti quatuor ſolidos denariorum brandenborgeniſum de vineis domini plebani vrankenworde Annis ſingulis percipiendos, Et perpetuis temporibus poſſidendos. Teſtes hujus ſunt Pezekinus de loſſow, Henricus de werben, Milites, Johannes prefectus, Johannes de landesberch, Petrus et Albertus de luten,

Cives in vrankenworde, Et alii quam plures fide digni. In cuius Rei Testimonium Nos Fredericus, Episcopus Lubucensis, Plebani et predicti Thome precibus inclinati, nostrum sigillum cum sigillo plebani ad Robur perpetue firmitatis duximus apponendum. Actum et datum vrankenworde, Anno domini Millefimo Tricentesimo Duodecimo, in die walpurgis.

Aus dem Originale im Breslauer Universitäts-Archive.

XIII. Vergleich zwischen dem Rathe und dem Minoriten-Kloster in Frankfurt über die Grundstücke des Klosters, vom 22. Juli 1312.

In nomine Domini amen. Propter hominum labilem memoriam gesta eorum poni solent in lingua testium et scripture memoria perhennari. Quapropter Nos Consules Ciuitatis vrankenworde vniuersis tam presentibus quam futuris, quorum audientie presentia deferentur, volumus fore notum, Quod discordia seu dissensio, que vertebatur inter Religiosos viros et nobis in Christo dilectos, fratres Minores nostre ciuitatis pro ipsorum edificiis parte ex vna et inter nostros predecessores Consules nostre ciuitatis parte ex altera, in hunc modum ad veram concordiam et stabilem amicitiam est redacta, Quod predicti fratres vniuersa et singula, que intra septa et murum ipsorum ad presens continentur, deinceps libere ac pacifice et sine omni inpetitione perpetuis temporibus possidebunt, preterquam quod sepem locatum retro cimiterium eorum et eorum eorum, quem perpetuis temporibus lingneum obseruabunt, ob hanc causam, Quod ablit, si Murus noster retro predictos fratres stans corrueret tempore succedenti, ex tunc dicti fratres Minores nominatum sepem eorum intraponere debent versus cimiterium et eorum ipsorum in tantum, vt pretactus Murus noster cum suo fundamento versus dictum cimiterium et eorum etiam intraponi possit, Ita quod inter ipsum Murum et cimiterium reedificandum et reedificatum via satis spatiosa pro vigilibus de nocte ciuitatem nostram custodientibus et aliis transire volentibus communis habeatur. Cameram vero ipsorum seu priuatam inferiorem a terra in tantum eleuabunt, vt vigilis de nocte ciuitatem nostram custodientes possint commode et sine inpedimento pertransire: pretactam vero cameram tam inferiorem quam superiorem ipsi fratres pro suo commodo reseruabunt. Si vero ipsi fratres eandem cameram seu priuatam in posterum de Nouo construere et edificare decreuerint, Extunc ipsam de consilio edificabunt et construent consulum nostre ciuitatis taliter, ne nostre ciuitati aliquod dampnum vel periculum ex tali structura eueniat aut in posterum possit euenire. Ne autem predicta nostra ordinatio aliqua possit attemptari calumpnia vel specie fraudis infirmari, presentem literam conscribi iussimus et eam sigillo conuentus dictorum fratrum Minorum et sigillo nostre ciuitatis fecimus roborari, Existibus eo tempore: Henrico lusco, Thiderico de Wrizcena, Thydemanno de jeser, Hilowino de Befecow, Nicolao Gifeler, Nicolao Reymeker, Hermannno de Grunenberch, Conrado heseline, Henrico de lucen, Bomgarde, Johanne de vorstenberch, Henrico de Hogenwalde et etiam fratre Henrico existente eadem hora vicegardiano. Datum vrankenuorde, Anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. Duodecimo, In die beate Marie Magdalene.

Nach dem Originale des Stadtarchives VIII, 1, 31.